

spat Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur eundem Gasparem Procuratorem Generalem hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati,

Prohib. prout in Rubrica.

§.3. Commissariis Generalibus Indiarum hujusmodi, ne de cætero in, & super ejusdem ordinis constitutionibus generalibus, cujuscumque facultatis, præterquam a Capitulo Generali sibi ad id attributa obtentu, dispensent, apostolica auctoritate tenore præsentium interdiciamus, & prohibemus, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Contrariis derogat.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Provincialium Indiarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis credi jubet.

§.5. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus adhibeatur fides, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum die 27. Augusti 1641. An. XIX.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 27. Augusti 1641. Pontificatus nostri, Anno XIX.

Pro bono regimine Fratrum Reformatorum Stricteris Observantiæ Italiæ, quod instituant Professoria, & lectionem Theologiæ moralis, ac mysticæ.

De hujusmodi Fratribus Reformatis plene vocatum est ad Constitut. Injuncti nobis, ut supra.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini divina dispositione præsentibus ad ea, per quæ cunctorum Christianidelium, præsertim Religiosorum Deo sub reformatione ad arctiorem regularis disciplinæ observantiam introducta vacantium spirituali directioni, necnon felici progressui consulitur, libenter intendimus, eaque statuimus, & ordinamus, quæ rerum, temporum, & personarum qualitatibus debite pensatis, ipsorum Religiosorum statui conducere in Domino conspicimus. Ad uberes itaque, & suaves fructus, quos dilecti filii Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformati nuncupati Provincialium Italiæ in prædicta Ecclesia afferunt, mentis nostræ aciem convertentes, quo laudabile eorum institutum majoribus in dies proficiat in via Domini incrementis;

Exordium.

§.1. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, harum tenore perpetuo statuimus, & ordinamus, ut in unaquaque eorumdem Reformatorum Italiæ Provincia unum, vel duo Professoria instituantur, in quibus Fratres Clerici ejusdem Ordinis, quamprimum probationis, seu novitiatus annum compleverint, & professionem amiserint regularem, collocentur, in Professoriisque hujusmodi unus Magister pro quolibet deputetur, qui prædictos fratres Clericos in vita spirituali, & orandi modo, ac Religiosæ perfectionis via instruat, qui quidem Clerici anno; ut minimum, in Professoriis hujusmodi commorari debeant, & interim nullam scientiam edoceri possint, excepta Grammatica, si ejus rudes fuerint.

De Professoriis instituentis.

§.2. Præterea in duobus, aut tribus cujusque Provinciæ Conventibus Theologiæ moralis lectio fiat, cui omnes Fratres Sacerdotes, & Clerici bis qualibet hebdomada interfint.

Et Lectio Theologiæ Moralis.

§.3. In singulis vero Conventibus orandi modus doceatur, & Ordinis prædicti Regula semel saltem in quaque hebdomada prælegatur, huicque prælectioni tam Fratres Sacerdotes, & Clerici, quam laici interesse teneantur.

Et Regula.

§.4. Ad hæc Fratres Reformati hujusmodi nullum omnino legatum perpetuum cum aliquo, aut sine ullo onere, etiam Ecclesiis, vel Sacristiis ipsorum, etiam pro vino ad Missarum celebrationem, aut oleo

Legatis non recipiendi.

oleo pro lampadibus, vel quacumque re pro Altaribus factum recipiant, ipsorumque Procuratores, aut Syndici hæredes legantium ad præstanda ejusmodi legata judicialiter convenire non possint.

Ornamenta Ecclesiarum quæ illis esse debeant.

§.5. Insuper Fratres prædicti ad quascumque processiones, præterquam ad processionem in festo Corporis Christi, aut aliquam aliam generalissimam, non conveniant, Defunctorumque corpora, exceptis iis, quæ in eorum Ecclesiis sepeliuntur, ad sepulturam minime comitentur. Altarium ornamentis deinceps aurum, vel inauratio non adhibeatur. Imaginumque, seu picturarum eorumdem Altarium coronides e nucæ, aut alio ejusdem coloris ligno fiant, nec candelabra ænea recipiantur, aut emanent amplius, sed tantummodo lignea e nucæ.

Præsentium observantia sit prioribus committitur.

§.6. Novitii in Provinciis prædictis infra annum cum interventu Ministrorum, ac duorum Definitorum Provincialium, & duorum Guardianorum recipi possint, juxta decretum fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri hac super re editum. Demum Fratres prædicti exceptis in infirmary illis, qui indigerint, particulas ex panno lineo etiam in itinere, sub quocumque prætextu nequaquam deferant, particulas vero ex panno laneo illi deferre possint, qui eis loco tunicæ uti voluerint.

§.7. Quocirca dilectis filiis Ministris Provincialibus, ac Guardianis, aliisque Superioribus quibuscumque dictarum Provincialium nunc, & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub poena privationis suorum officiorum eo ipso absque alia declaratione incurrenda, committimus, & mandamus, ut præsentibus nostras literas, ac omnia, & singula in eis contenta a Fratribus sibi subditis inviolabiliter observari curent, & faciant; cæteris vero earumdem Provincialium Fratribus, etiam in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque arbitrii nostri poenis eo ipso, ut præfertur, incurrendis, præcipimus, ut præmissa omnia, & singula, prout ad unumquemque eorum spectaverit, exacte, & inconcusse observent, & adimpleant.

Contrariis derogat.

§.8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis Universalibus editis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis ejusdem Ordini, & Provinciis, illorumque Superioribus, Fratribus, & personis quibuscumque, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac

de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.9. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 1. Octobris 1641. Pontificatus nostri, Anno XIX.

Datum die 1. Oct. 1641. An. XIX.

DCLXXXIV.

Prohibet quibusvis personis in cathalo- gno Universitatis Studii generalis Bononiensis non descriptis ne doceant scientias, quæ in eadem Universitate legi solent.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

UBeres fructus, quos in vinea Domini Universitas Studii generalis in Civitate nostra Bononiensis ab antiquissimis temporibus institutam, & studiorum mater merito nuncupata produxit, & in dies producit, ac summam erga hanc Sanctam Sedem fidem, & devotionem, qua ipsa Civitas semper enituit, attente considerantes, dignum reputamus, & rationi consentaneum, ut dictæ Universitatis conservationi, unde non modica in ipsam Civitatem dignitas, & utilitas redundat, propensis studiis intendamus.

Exordium.

§.1. Supplicationibus itaque dilectorum filiorum regiminis dictæ Civitatis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; omnibus, & singulis personis tam secularibus, quam ecclesiasticis, etiam regularibus, cujuscumque status, gradus, conditionis, dignitatis, & præminentia, ac cujusvis Universitatis, Ordinis, Congregationis, Collegii, Confraternitatis, Societatis, etiam Jesu, & instituti quantumlibet qualificatis, & privilegiatis, ac speciali nota, & individua mentione dignis, ne quocumque pretextu, vel ingenio, aut quæsito colore, vel quorumcumque privilegiorum, concessionum, indultorum, & gratiarum, tam in genere, quam in specie à fel. rec. Pio Quinto, vel aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & Sede prædicta, etiam motu proprio, & consistorialiter, ac sub quacumque verborum forma, & ex quacumque causa, quantum-

Mandat prout in Rubrica.

tumvis pia, publica, & favorabili, ac alijs quomodolibet, etiam quocumque coactorum obtentu, seu vigore in Civitatem praedictam, ejusque Comitatu, Territorio, & Legatione quacumque ex scientiis, artibus, & facultatibus, quae in publico ejusdem Universitatis Gymnasio docentur, & perleguntur, seu doceri, & perlegi solent publice, vel secreto docere, seu legere, & profiteri audeant, seu praesument, nisi personae hujusmodi in publico ejusdem Universitatis Cathalogo, seu albo Rotulis vulgo nuncupatis descripte sint, sub excommunicationis majoris eo ipso, absque alia declaratione, incurrenda, ac indignationis nostrae, alisque arbitrii nostri poenis, apostolica auctoritate, tenore praesentium interdicimus, & prohibemus.

Clausulae

§.2. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, ac definiti debere, ac irritum, & inane, quidquid seorsus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Contrariorum derogatio.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quorumvis Locorum, Ordinum, Collegiorum, Confraternitatum, Societatum, etiam Jesu, aliorumque Institutuum regularium, & generaliter quibuscumque, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, quibuscumque Locis, ac Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Confraternitatibus, Societatibus, etiam Jesu, & Institutis, ac eorum Superioribus, & personis quibuslibet sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis, alisque efficacioribus, & efficacissimis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alijs in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alijs in suo robore permanentibus, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 10. Decembris 1641. An. XIX.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die decima Decembris 1641. Pontificatus nostri Anno Decimonono.

Quod Fratres cujuscumque gradus, & dignitatis, commorantes in Conventu Aracelitano sint sub obedientia, & directione Commissarii Generalis Ordinis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Inter multiplices pastoralis officii nostri curas, quibus jugiter praemur, in illam particulariter incumbimus, ut personae quae sub suavi Religionis jugo divinis obsequiis se manciparunt, prospere gubernentur, & si quae earum directioni quoquo modo impedimentum afferre cognoscimus, ea removeere studemus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, ex multiplicitate Superiorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupat, & quia nonnulli praetendunt, se a superioritate Commissarii Generalis ejusdem Ordinis exemptos esse vigore cujusdam statuti in Capitulo Generali dicti Ordinis Toleti Anno 1633. celebrato facti & a nobis confirmati, regularis observantia non modicum detrimentum patiat.

Motiva hujus Confr.

§.2. Hinc est, quod Nos in praemissis opportune providere volentes, dictique statuti tenorem praesentibus pro expresso habentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine, statutum praedictum, tenore praesentium abolemus, revocamus, & annullamus, viribusque, & effectu vacuum, & quod omnes, & singuli ejusdem Ordinis Fratres, cujuscumque gradus, & dignitatis, ac etiam Ultramontanae Familiae existens, pro tempore, quae in cisimontana familia commorabuntur, sint, & esse debeant sub obedientia, & directione Commissarii Generalis Ordinis hujusmodi, pro tempore existentis, prout erant priusquam statutum praedictum fieret, eorumdem tenore praesentium statuimus, & mandamus, volumus, & ordinamus; sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si seorsus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Mandat prout in Rubric.

§.3. Non obstantibus statuto praedicto, & literis illius confirmatoris, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac alijs dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordini, illisque Superioribus, Fratribus, & personis quibuslibet in contrarium quomodolibet

Contrariis derogat.

libet concessis, confirmatis, & innovatis. §.4. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 18. Novemb. 1641. An. XIX.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 18. Novembris 1641. Pontificatus Nostri Anno XIX.

DCLXXXVI.

Quod Fratres Congregationis Jesuatorum S. Hieronymi, ab Ordinariis approbati, sacramentales utriusque sexus Fidelium confessiones libere, & licite audire valeant, illisque injunctis injungendis absolutionem salutarem impendere.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Christifidelium quorumlibet, praesertim regularem vitam profitentium, votis, quae eorum Instituto decus, & animarum salutem concernunt, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Motiva.

§.1. Alijs siquidem, postquam fel. rec. Paulus Papa V. praedecessor noster Fratrum Congregationis Jesuatorum Sancti Hieronymi, sub Regula S. Augustini indulserat, ut ad omnes, etiam sacros, & Presbyteratus Ordines promoveri possent, voluerat autem, ut Fratres hujusmodi ad Sacerdotium promoti, neque ullius secularis personae, neque alterius Ordinis regularis ullo tempore, etiam de cujuscumque Episcopi, vel superioris regularis licentia confessiones audire possent, sed tantum illis Sacerdotibus, qui ad confessiones audiendas idonei reperti, & ab Ordinariis locorum approbati fuissent, liceret aliorum ipsius Congregationis Religiosorum de sui Superioris licentia confessiones audire, postmodum rec. mem. Gregorius Papa Decimus quintus etiam praedecessor noster omnibus, & singulis ejusdem Congregationis Fratribus, qui ab Ordinariis locorum approbati forent, ut in Parochialibus Ecclesijs domorum Regularium ipsius Congregationis, dumtaxat Parochianorum eorumdem Ecclesiarum sacramentales Confessiones audire, ac illis injunctis injungendis, absolutionem impendere salutarem libere, & licite valerent, concessit, & alijs prout in Pauli, & Gregorii praedecessorum praedictorum literis in simili forma Brevis desuper expeditis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Concedit prout in Rubric.

§.2. Cum autem, sicut dilectus filius Antonius Legnanus Laudensis. Procurator Generalis ejusdem Congregationis Nobis nuper exponi fecit, trigintaquinque anni

jam lapsi sint, eo quo Fratres praedicti ad suscipiendum Presbyteratus Ordinem per eundem Paulum praedecessorem admitti fuerunt, & ab inde citra literis, & doctrinis ecclesiasticis graviter dent operam: Nobis propterea dictus Procurator Generalis ejusdem Congregationis nomine humiliter supplicari fecit, ut concessionem Gregorii Praedecessoris praedicti ad quorumvis Christifidelium confessiones extendere, & ampliare de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur Fratres, ac Procuratorem Generalem praedictos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis ejusdem Congregationis Fratribus, ut praevio examine & approbatione Ordinarii in propriis Ecclesijs dictae Congregationis, etiam non Parochialibus, sacramentales secularium, etiam si non sint eorum Parochiani, confessiones audire, illisque injunctis injungendis absolutionem impendere salutarem libere, & licite possint, & valeant, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Contrariis derogat.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & dictae Congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenore, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transmissis credi mandat.

§.5. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manualibus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 20. Novembris 1641. Pontificatus Nostri, Anno XIX.

Ex Reges. in  
Secret. Breu.

Methodus exigendi spolia Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac fructuum Ecclesiarum vacantium in Insula Sardinie præscribitur.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Pius Papa V.  
spolia Ecclesiarum  
pro eorum re-  
paratione, & or-  
namento ad-  
didit.

§.1. Alias, sicut asseritur fel. rec. Pius Papa V. Prædecessor noster supplicationibus claræ memoriæ Philippi II. Hispaniarum Regis Catholici inclinatus, spolia Archiepiscoporum, & Episcoporum in Insula Sardinie Metropolitanas, & Cathedralis Ecclesias obtinentium, in dicta Insula, & extra eam, non tamen in Italia decedentium, ac fructus, redditus, & proventus earundem Ecclesiarum, illarum vacatione durante, ab Archiepiscopis, & Episcopis, quos in Ecclesiis huiusmodi vacantibus, seu succedere contingeret, perpetuo abdicavit, illaque dictis Ecclesiis pro illarum fabrica, structura, reparatione, & conservatione, ac ornamentorum, & paramentorum emptione, & manutentione, etiam perpetuo applicavit, ac singulis capitulis, singularum Ecclesiarum prædictarum, illarumque personis per dictum Philippum Regem, & ejus Successores eligendis, ut spolia, & fructus huiusmodi percipere, exigere, & recuperare possent, & valerent, illaque in restaurationem, reparationem, & manutentionem, & conservationem prædictas convertere, Ecclesiisque ipsas restaurare, recuperare, & conservare, ornamentaque, & paramenta prædicta manutene deberent, concessit, & indulgit, prout in Literis dicti Pii Prædecessoris desuper expeditis dicitur uberius contineri.

Cum vero mul-  
tum pecuniam  
pro Ministrorum  
mercede iustu-  
matur.

§.2. Cum autem, sicut pro parte charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, qui etiam Insula prædicta Rex existit, Nobis nuper expositum fuit, persone ad præmissa electæ Judicem computorum, ac Pro-Rex dictæ Insula pro tempore existens duos œconomos, & ipse Judex computorum alios Ministros, videlicet Computatores, Notarios, & Curforem nominare, illisque, ac sibimet ipsi mercedem, seu salariam assignare consueverint, idque in tanta quoadque summa, ut spolia, & fructus prædicta fere absorbeat, parumque remaneat, quod in utilitatem ipsarum Ecclesiarum, ut præfertur, converti possit. Nobis propterea idem Philippus Rex humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignamur.

Urbanus affi-  
gnatæ œconomis  
& Pro-Rex de-  
putando merce-  
de.

§.3. Nos igitur earundem Ecclesiarum indemnitati, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, & quatenus doceatur per legitima documenta de prædictis ejusdem Pii Quinti Prædecessoris Li-

teris, & non aliis, ac salva remanente Pro-Regi ejusdem Regni Sardinie pro tempore existenti facultate nominandi, unum dumtaxat œconomum fide, & facultatibus idoneum, ex personis narratis in eisdem Literis, cum salario ad rationem quatuor, vel quinque pro quolibet centenario quantitatis exactæ, præsumum usum nominandi Judices computorum, apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo tollimus, & abolemus.

Episcopis fac-  
cessoribus fa-  
cultatem dat  
computis a di-  
cto œconomio  
recipiendi.

§.4. Necnon Archiepiscopis, & Episcopis in dictis Ecclesiis pro tempore vacantibus successoribus, ut ipsi cum assistentia duorum de Ecclesiis suarum respective Capitulis gratis, ac unius computatoris capitulariter eligendorum, cui quidem Computatori, prout etiam Notario Capitulari de computis rogando assignetur una dicta ordinaria, recipere possint ab œconomio, ut præfertur, deputando rationem exactorum, & cogere debitores ad solutionem ratæ, quæ persolvenda remaneret, eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & indulgemus.

Clausulas ad-  
dit.

§.5. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Obstantibus  
derogat.

§.6. Non obstantibus dicti Pii Prædecessoris quatenus ad sint, literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictarum Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 7.  
Decemb. 1641.  
An. XIX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die septima Decembris 1641. Pontificatus nostri Anno Decimo nono.

Appli-

Ex Reges. in  
Secret. Breu.

Applicatio nonnullorum reddituum Collegii Bononien. Montis Alti nuncupati Triremibus Sedis Apostolicæ, cum reductione scholarium ad triginta.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Sæpe convenit, juxta varietatem eventuum, etiam dispositiones ab initio bene constitutas, mutare.

Sixtus PP. V.  
Triremes pro  
defensionem Sta-  
tus Ecclesiasticæ  
paravit.

§.1. Cum igitur fel. rec. Sixtus Papa Quintus Prædecessor noster inter multas, quæ pro servitio Sedis Apostolicæ, suorumque subditorum, nunc nostrorum ordinaverat, nedum Triremes contra Turcas, & Piratas in oris maritimis maris nostri, tunc sui, mediterranei ditioni temporali Sedis Apostolicæ adjacentibus perpetuo retinendas ordinaverit, & pro illarum manutentione tam idem Sixtus, quam & fortasse alii Romani Pontifices, etiam Prædecessores nostri, quosdam annuos redditus, ex introitibus Cameræ Apostolicæ assignaverint, qui tamen redditus magnam hucusque passi sunt diminutionem, sed etiam, ut juvenus Montis Alti, unde idem Sixtus Prædecessor originem duxerat, ac aliarum quarundam Civitatum, Terrarum, & Oppidorum Provinciae Marchiæ Anconitanæ religiose educaretur, & Literarum studiis instrueretur, sicut, dum in minoribus existens Cardinalatus honore fungebatur, in prædicto Monte Alto Gymnasium publicum instituerat, ita etiam dum postmodum ad summi Apostolatus apicem fuit assumptus, pro ipsa juventute, ne ob rei familiaris angustiam, & inopiam, ad altiora Literarum studia progrediendi commoditate destitueretur, nolens occasio- num tunc suorum nunc nostrorum subditorum commoditates, & profectus procurandi, & augendi præmittere, in Civitate Bononien. quæ omnium liberalium artium, doctrinarumque studis semper florere consuevit, Collegium pro quinquaginta scholaribus erexit, quorum octo per ipsius Collegii Protectorem pro tempore existentem, undecumque sibi placuerit, & alii octo per Montis Alti, & tres per Firmi, & alii tres per Asculi, necnon alii tres per Camerini, & duo per Ripæ Civitatum Communitates, alique duo per Offidæ, & alii duo per Montis Elpari, necnon alii duo per Montis Floræ, & alii duo per Sanctæ Victoriæ, & alii duo per Porchiæ, seu Porculæ, necnon alii duo per Montis novem, & alii duo per Patriguoni, & alii duo per Grottatum ad Mare, & alii duo per Castignani, alique duo per Forchiæ alias Furcis, & alii duo Montis Monachi, & reliquos per Cusignani Terrarum, seu Oppidorum dictæ Provinciae Communitates ex suis Civitatibus, & Terris, seu Oppidis præfatis respective, vel si tot ibidem idonei, & apti non reperirentur, aliunde

Et Bononiæ  
Collegium Mon-  
tis Alti pro ju-  
venum instru-  
tione erexit.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

eorum arbitrio, non tamen extra dictam Provinciam Marchiæ eligi, & nominari deberent, & pro præfatorum Scholarium Collegii, ac Ministrorum subventionem, quædam Monasteria, Prioratus, Ecclesias, & Beneficia tam in Diocesi Bononien., quam alibi consistentia, quorum fructus valorem annum ducatorum 3600. auri de Camera non excedere expressum fuit univert, & applicaverit, eidemque Collegio, & Collegialibus, ac ejus, per eorum Ministris, laboratoribus, colonis, & Arrendatoribus, exemptiones, & privilegia, diversa concesserit, aliaque disposuerit, prout uberius in suis Literis Apostolicis sub plumbo sub dat. Romæ Anno Incarnationis Dominicæ 1588. XV. Kalen. Decembris Pontificatus sui Anno quarto expeditis continetur.

Etque Beneficia  
nonnulla recte-  
fiantia ad iust.

§.2. Verum quia annis præteritis ad notitiam, quod Scholares in eodem Collegio juxta numerum, & qualitates ab eodem Sixto Prædecessore nostro præscriptas & præsertim, ex Civitatibus, Oppidis, & locis per eundem Sixtum Prædecessorem designatis, non educabantur, immo etiam aliqui exteri, nec etiã Sedi Apostolicæ subditi eligebantur, & in eodem Collegio alebantur, quodque aliqua scandala quandoque inter ipsos Scholares, ac etiam alios fuerant exorta; Idcirco pro opportuno remedio adhibendo nuper idem Collegium visitari fecimus, cumque ex visitatione ad Nos transmissa compertum sit, voluntatem ejusdem Sixti, quoad numerum, & qualitates Scholarium, præcipue ex locis prædictis, nec etiam ex præfata Provincia Marchiæ fuisse adimpletam, etiam ut creditur, ob deficientiam in prædictis locis a Sixto prædecessore designatis, tot Scholarium qualificatorum, qui in eodem Collegio educari voluerint, & propterea, seu alias redditus prædicti Collegii fuisse hætenus valde auctos.

Sed cum postea  
non illi in il-  
lud abusus in-  
reperiant;

§.3. Idcirco Nos volentes omnibus, & singulis abusibus, qui in prædicto Collegio tam quoad electionem Scholarium, quam quoad alia quæcumque hætenus quomodolibet irreperunt, convenientem adhibere medelam, & eodem contextu manutentioni dictorum Triremium subvenire, & considerantes, quod si idem Sixtus Prædecessor cogitare potuisset tam ipsos abusos postea introductos in electione Scholarium, & in ipso Collegio, quam reddituum ipsius Collegii augmentum, & reddituum pro Triremibus assignatorum diminutionem, utique more boni Pastoris familias remedium opportunum, ut infra adhibuisset.

Urbanus ad eos  
tollegendos, con-  
sultandisque  
Triremium com-  
servationi.

§.4. Nos igitur tam præfatarum Literarum erectionis ejusdem Collegii, quam assignationis pro manutentione per dictarum Triremium, ac Instrumentorum, ac scripturarum desuper quomodolibet factarum, ac inde sequutorum quorumcumque, necnon actorum, seu processuum ejusdem visitationis, aliorumque hic forsitan de necessitate expriment., vel inserendorum tenores etiam majores, & veriores pro ple-

Triginta Scho-  
lares in eodem  
Collegio all ju-  
bet;

Qq  
ne,

& sufficienter expressis, & insertis habentes, motu proprio, certaue scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, etiam adhibito voto nonnullorum Romanae Curiae Praelatorum, quibus acta visitationis discutenda, & hoc negotium examinandum commissimus, hac nostra perpetua Const. statuimus, & ordinamus, quod de cetero eodem Collegio triginta tantum Scholares recipiantur, alantur, & manuteneantur, quodque nominatio, & electio ipsorum triginta Scholarum spectet ad infrascriptos scilicet, ad Protectorem pro tempore existentem quinque Scholarum, ex praedicta tamen Provincia Marchiae Anconitanae oriundorum, ac Sedi Apostolicae in temporalibus immediate subditorum, aliorum vero quatuor Scholarum electio, & nominatio spectet ad Montis Alti, aliorum trium ad Firmi, ac aliorum trium ad Asculi, & aliorum duorum ad Camerini, ac unius ad Ripetranonae Civitatum, ad singularem vero aliarum Terrarum, seu Oppidorum praedictorum Communitates unius Scholaris pro quolibet ipsarum Terrarum, seu Oppidorum in eisdem Literis Sixti Praedecessoris expressorum, & Scholares sint ex locis designatis praedictis, & quatenus ibi non reperiantur idonei, & apti, qui in dicto Collegio educari velint, tunc saltem ex eadem Provincia Marchiae oriundi, omnino eligantur, alias electio, & nominatio nulla sit eo ipso, & contravenientes teneantur eidem Collegio expensas, & damna reficere.

Et unquam non nullis addicit.

Super addunt dantes vero red dunt Triremibus tribuit.

nesfiorum unitorum arbitrio infrascripti exequutoris, quem redditum annuum 18400. librarum dictae monetae, ac loca montium, & bona stabilia a Collegio habentis empta, ac pro residuo bona praedicta per eundem exequutorem assignanda perpetuo dismembramus, & applicamus eisdem Triremibus, & pro illarum sustentatione, & manutentione, illisque unum annectimus, & incorporamus, firma in ceteris remanente earundem Literarum Sixti Praedecessoris dispositione, quas confirmamus, & si opus fuerit, innovamus, ac observari mandamus.

Vice-Legata Bononiensi ex quoque com-mittit.

§.6. Quocirca committimus, & mandamus Ven. fratri Casari Episcopo Civitatis Castellae Vice-Legato Bononiensi, quatenus praedictam dismembrationem locorum montium, bonorum stabiliem emptorum, & aliorum praedictorum, quae sufficiant pro praedicto annuo reddito 18400. librarum, praedictarum constituendo, & respective applicationem, unionem, annexionem, & incorporationem illorum cum aliis annuis redditibus pro earundem triremium sustentatione, & manutentione assignatis, & quaecumque alia in praesentibus Literis per Nos disposita, & ordinata, debita executioni mandet, & exequatur omnibus juris, & facti remediis opportunis, nomineque Sedis Apostolicae in dictam causam manutentionis Triremium, possessionem illorum per se, vel alium, seu alios ab ipso deputandos assequatur, & capiat. Nos enim eidem Vice-Legato omnem facultatem opportunam, & necessariam, etiam procedendi contra quoscumque, illosque cogendi etiam exequutive, ac manu regia, concedimus, & impertimus.

Clausulas addit.

§.7. Decernentes praesentes Literas, ac omnia, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod Protector, & Collegiales dicti Collegii, ac Communitates, & Universitates, & homines Civitatum, Terrarum, & locorum praedictorum, & quicumque alii in praemissis, seu eorum aliquo interesse habentes, vel habere quomodolibet pretendentes eis nullatenus consenserint, & ad hoc vocati, aut auditi non fuerint, minusque cause, propter quas praesentes emanarint, deductae, verificate, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus iustificatae fuerint, nullo unquam tempore subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, & alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, aut quocumque alio colore, & etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessaria exprimenda foret, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiae, vel iustitiae remedium impetrari, seu

quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, neque ipsas praesentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendere, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari; sicque, & non aliis in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definituri debere, irritumque, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat obli-tibus.

§.8. Non obstantibus praem. Bonifacii Papae VIII. de una, & Concilii generalis de duabus dietis, ac erectione d. Collegii, literisque apostolicis desuper emanatis, & Pii Papae IV. etiam Praedecessorum nostrorum de gratis interesse d. Camerae quomodolibet concernent. infra certum tempus in eadem Camera intimandis, & registrandis, ac quatenus opus sit, nostra de non tollendo iure quaesito, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Collegii, Civitatum, Terrarum, oppidorum, & locorum praedictorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Collegio, illisque Protectori, Collegialibus, & Ministris, ac Communitatibus, Universitatibus, & hominibus Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum praedictorum, & quibusvis aliis sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, & cum quibusvis derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis concessis, & pluries, etiam iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inferrentur, praesentibus pro plene, & sufficienter insertis, & expressis habentes harum serie specialiter, & expresse, ac latissime derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 10. Decemb. 1641. An. XIX.

Datum Romae apud S. Petrum sub An-Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

nulo Piscatoris die 10. Decembris 1641. Pontificatus nostri Anno XIX.

DCLXXXIX.

Commissio Vicecollectori Jurium Camerae Apostolicae in Portugallia, & Algarbiorum Regnis circa custodiam, detentionem, & translationem quorundam officialium Sedis Apostolicae.

Es Regest. in Secret. Brevis

Dilecto filio Hieronymo Bataglino Jurium, & Spoliorum Camerae nostrae Apostolicae in Portugallia, & Algarbiorum Regnis debitorum Vicecollectori.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Cum non sine gravi animi nostri molestia Nobis innotuerit, in istis Regnis Portugalliae, & Algarbiorum fuisse, praetextu assertorum excessuum, seu delictorum gravium carceratos, aut aliis detentos auctoritate laicali Ven. Fratrem Archiepiscopum Bracharen., ac Inquisitorem Majorem in ipsis Regnis, Commissariumque Sanctae Cruciae, qui sunt nostri, & Sedis Apostolicae officiales, aliasque personas ecclesiasticas, inter quas aliqua in dignitate ecclesiastica, etiam Episcopali sunt constituta, quarum causarum cognitio, juxta Sacros Canones, Sacrae Concilia Universalia ad Nos spectat.

Referet Miss. fros 5 A. 4 potestatis laicali fuisse decentos.

§.2. Idcirco, ut Archiepiscopus, ac Inquisitor, Commissarius, & persona ecclesiastica praed. nomine nostro, & Sedis Apostolice retineantur, pro pastoralis sollicitudine nostra providere volentes, tibi per praesentes committimus, & mandamus, ut apud omnes, & singulos, quos opus erit, inthes, seduloque cures, ut Archiepiscopus, ac Inquisitor, Commissarius, aliaque persona ecclesiastica praedicta, tibi tradantur, seu consignentur, eosque Nostro, & Sedis Apostolicae nomine recipias, & detineas, seu detineri facias, ac illos personae, seu personae minime suspectis, sed quibus confidere possis, committas, ab eis de illis tuto, & fideliter nomine praedicto custodiendis, & tenendis iuramentum recipias, illosque de loco ad locum, prout Tibi videbitur, & expedire judicaveris, transferas, seu transferri facias; ita tamen, ut eorum custodia, detentio, & translatio huiusmodi, sumptibus, & expensis, ac periculo, & expensis, & riscio illorum, quorum iussu, & auctoritate carceribus mancipati, seu aliis detenti fuerunt, omnino fiat, & fieri debeat.

Vice Collectori Spoliorum committit, ut eos in custodia recipias, & tradat.

§.3. Nos enim Tibi praemissa, aliaque omnia, & singula, quae in illis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, etiam si talia forent, quae specificam, & expressam requirerent mentionem

Necessaria qua ad hoc facultate est tribuit.

Q q 2 facien-